UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum ; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Secvndi Tomi Index S. Scriptvræ Moralis Eâdem quâ & in priori Tomo & methodo, & sententiis, & ordine collectus & exornatus, ut Lectori statim pateat quæ ab Auctore ex citatis S. Scripturæ locis ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-77031

Visual Library

SECVNDI TOMI
INDEX S. SCRIPTVRÆ MORALIS

Eâdem quâ & in priori Tomo & methodo, & ſententiis, & ordine collectus & exornatus, ut Lectori ſtatim pateat quæ ab Auctore ex citatis S. Scripturæ locis Moralitas ſit elicita.

Paginalis numeri & hæc ſecunda Tomo habenda tantummodo eſt ratio.

Cap. Verſ.

EX GENESI.

Cur ſerpentinum.

III. 1. *Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis ex omni ligno paradiſi?* 61

Quid mirum trepidet ſi nocens?

10. *Vocem tuam audivi in paradiſo & timui, eò quòd nudus eſſem, & abſcondi me.* 597

Liber Natalis.

19. *Pulvis es, & in pulverem reverteris.* 538

Quod Deo datur ſit optimum.

IV. 3. *De primogenitis gregis ſui & de adipibus eorum obtulit.* 814

Oratio vaga, ingrata Deo.

4. *Ad Cain autem & munera eius non reſpexit.* 97

Senex ſponſus.

V. ult. *Noe verò cùm quingentorum eſſet annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet.* 463

Cave Sirenes, ni incantari velis.
vel,
Dum laſciviunt oculi, incaleſcunt appetitiones.

VI. 2. *Filii Dei videntes filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores, ex omnibus, quas elegerant.* 455

Clepſydra vitæ Peccantium.

3. *Eruntque dies illius centum viginti annorum.* 460

Optima genealogia.

9. *Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atque perfectus in generationibus ſuis.* 461

Vniverſalis nequitia.

12. *Omnis quippe caro corruperat viam ſuam.* 457

Vrbs ambulans.

14.& 15. *Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo.* 467

Argumenta vivaciſſimæ iræ.

VII. 17. *Factúmque eſt diluvium quadraginta diebus & quadraginta noctibus ſuper terram, & multiplicatæ ſunt aquæ, & elevaverunt arcam in ſublime à terrâ.* 480

Servit ratio, in regem, tamen data.

VIII. 21. *Senſus & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt.* 454

Conciliandæ benevolentiæ aptiſſima methodus.

XVIII. 27. *Loquar ad Dominum meum cùm ſim pulvis & cinis.* 71

Perfecta & conſummata nequitia.

XIX. 14. *Viſus eſt eis quaſi ludens loqui.* 465

Quiſque ſuum exploret & ploret funus.

XXIII. 26. *Sepeli mortuum tuum.* 92

Arma victorioſa.

XXXIII. 3. *Et ipſe progrediens adoravit pronus in terram ſepties donec appropinquaret frater ejus.* 811

Verus Principatus.

XLI. 44. *Abſque illius imperio non movebat quiſquam manum aut pedem.* 521

Cap. Verſ.

Vaticinium conſcientiæ.

XLII. 21. *Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus: idcirco venit ſuper nos iſta tribulatio.* 522

Intromiſſus amor, commovet & urit.

XLIII. 26. *Feſtinavitque, quia commota fuerant viſcera ejus ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ & introiens cubiculum flevit.* 528

Oppignoratio ſumma.

37. *Niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.* 525

Perfectiſſima Aminiſtia.

XLV. 8. *Ne iraſcimini in via.* 536

Pietas debita Parentibus.

XLVI. 5. *Tulerunt eum cum parvulis & uxoribus ſuis in plauſtris, quæ miſerat Pharao ad portandum ſenem.* 538

Poſt nubila Phœbus.

30. *Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam.* 538

Iudicia Dei abyſſus multa.

XLVIII. 17. *Scio fili mi, ſcio, & iſte quidem erit in populos & multiplicabitur, ſed frater ejus minor major, erit illo.* 546

Luculentiſſima hæreditas.

L. 23. *Poſt mortem meam Deus viſitabit vos, & aſcendere vos faciet de terrâ iſtâ ad terram, quam juravit Abraham, Iſaac, & Iacob.* 544

EX EXODO.

Da veniam corvis, vexet cenſura columbas.

I. 16. *Si maſculus fuerit interficite illum.* 8

Venefici interficiendi.

XXII. 18. *Veneficos non patieris vivere.* 157

Homo vagus & diſtractus.

XXVIII. 21. *Impleta eſt domus illius muſcis diverſi generis.* 98

Orationis potentia.

XXXII. 10. *Dimitte me ut iraſcatur furor meus.* 137

Non beneficium, ſed ſupplicium.

24. *Projeci illud in ignem egreſſúſque eſt hic vitulus.* 113

EX LEVITICO.

Amara proſunt mellea obſunt.

II. 11. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, abſque fermento fiet, nec quidquam fermenti ac mellis adolebitur in ſacrificio Domino.* 15

EX NVMERO.

Purum & putum murmur.

XIV. 4. *Nónne melius eſt reverti in Ægyptum? Conſtituamus nobis ducem & revertamur in Ægyptum.* 635

Spurca ſocietas periculoſa.

XVI. 26. *Recedite à tabernaculis hominum impiorum & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* 457

Cap. Verſ. Fol.

Retinaculum peccati, memoria præcepti.

XXII. 18. *Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei.* 548

EX DEVTERONOMIO.

Ibi pedem figimus, ubi noſtram ſtabilimus fiduciam.

XI. 24. *Omnis locus quem calcaverit pes veſter, veſter erit.* 586

Mundus amariſſimus.

XXXII. 32. *Vva fellis uva eorum, & botrus amariſſimus.* 524

EX IOSVE.

Quod vetitum eſt, nequaquam committendum.

VI. 18. *Cavete ne de his, quæ præcepta ſunt vobis, quidpiam contingatis & ſitis prævaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint atque turbentur.* 548

Fide, ſed cui, vide.

VIII. 9. *Cùm elevaſſet clypeum ex adverſo civitatis, inſidiæ quæ latebant ſurrexerunt confeſtim, & pergentes ad civitatem cœperunt & ſuccenderunt eam.* 711

EX LIBRO IVDICVM.

Per quæ quis peccat, per hæc & torquetur.

I. 7. *Septuaginta reges amputatis manuum pedumq; ſummitatibus colligebant ſub menſâ ciborum reliquias: ſicut feci, ita reddidit mihi Dominus.* 588

EX LIBRO 1. REGVM.

Neceſſitas in rationem verſa.

III. 18. *Dominus eſt, quod bonum eſt in oculis ſuis faciat.* 655

Dum accipis perverti & perverteris.

VIII. 3. *Declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntq; munera, & perverterunt judicium.* 727

Nulla in mundo quies.

XV. 20. *Heu veniſti, & hodie compelleris egredi.* 542

Ambitio ambit omnes.

30. *Sed nunc honora me coram ſenioribus populi & coram Iſrael.* 12

Acerba ſeparatio.

41. *Siccine ſeparat amara mors.* 388

Plurima tegit Deus ſuo tempore revelanda.

XVI. 3. *Vnges quemcunque monſtravero tibi.* 796

Non forma, ſed ſpectanda mens.

7. *Ne reſpicias vultum eius, neque altitudinem ſtaturæ eius, quoniam abjeci eum: Nec iuxta intuitum hominis ego judico.* 795

Inuſitata, onéroſa.

XVII. 39. *Non poſſum ſic incidere, quia non uſum habeo.* 801

Paupertinam originem nemo erubeſcat.

40. *Tulit baculum ſuum David quem ſemper habebat in manibus.* 802

Adjudicantur pedo plurimi apti ſceptro.

11. *Adhuc reliquus eſt paruulus & paſcit oves.* 795

Aulici veridici, Aulæ miracula.

14. *Spiritus Dei malus exagitat te.* 799

Quæſitum honeſtum morbo pallium.

21. *Dilexit enim nimis & factus eſt eius armiger.* 799

Etiam immiſſa ſagitta prænuntia quietis.

XX. 21. & 22. *Si dixero puero: Ecce ſagittæ intra te ſunt tolle eas: Tu veni ad me, quia & pax tibi eſt, & nihil eſt mali, vivit Dominus.* 10

Regium eſt ignoſcere.

XXIV. 21. *Nunc ſcio, quòd certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tuâ regnum Iſrael.* 400

Cap. Verſ. Fol.

Patientia læſa fit furor.

XXV. 22. *Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, ſi reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent uſque mane, mingentem ad parietes.* 478

Rident qui ſupplicia vident.

36. & 38. *Cor Nabal jucundum, cumque pertranſiiſſent decem dies percuſſit Dominus Nabal, & mortuus eſt.* 120

Quos ejicit mundus, hos recipit Chriſtus.

XXX. 15. *Puer Ægyptius ego ſum, ſervus viri Amalecitæ: dereliquit autem me Dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiuſtertius.* 13

EX LIB. 2. REGVM.

Symbolum Miſericordiæ.

VI. 31. *In ingreſſu oraculi fecit oſtiola de lignis olivarum.* 173

Gravis ſed brevis pœna.

VII. 14. *Ego ero ei in patrem, qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguam eum in virgâ virorum, & in plagis filiorum hominum.* 14

Perfecta ſui reſignatio.

XV. 25. & 26. *Si invenero gratiam in oculis Domini reducet me, & oſtendet mihi eam, & tabernaculum ſuum. Si autem dixerit mihi, & non places, præſto ſum, faciat quod bonum eſt coram ſe.* 59

Vnius fortitudo quandoque vniverſorum victoria.

XVII. 50. *Videntes Philiſthijm quod mortuus eſſet fortiſſimus eorum fugerunt.* 804

Omnis comparatio odioſa.

XVIII. 7. *Percuſſit Saul mille & David decem millia.* 804

Pulchrum homicidii mantelum.

11. *Amovit eum à ſe & fecit eum tribunum ſuper mille viros.* 809

Etiam ſub nuptiarum velo latet homicidium.

21. *Dabo eam illi vt fiat ei in ſcandalum, & ſit ſuper eum manus Philiſtinorum.* 809

Humaniſſima verba, ſed animus parricidalis.

25. *Sic loquimini ad David, non habet rex ſponſalia neceſſe, niſi tantum centum præputia Philiſtinorum, vt fiat ultio de inimicis regis.* 809

Infirmior ſexus firmiori ſuccurrit.

XIX. 6. *Cras morieris niſi hac nocte te ſervaveris.*

EX LIB. 3. REGVM.

Dum oras, incurvare.

VIII. 54. *Surrexit de conſpectu altaris Domini, utrumque enim genu in terram fixerat* 588

Vtcunque eſt ventus, exin velum vertitur.

XXII. 22. *Egrediar & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ejus & dixit Dominus decipies & prævalebis, egredere & fac ita.* 799

Verbum caro factum eſt.

30. *Mutavit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum.*

EX LIB. 4 REGVM.

Commoda annexa ſua habent incommoda.

IV. 5. *Erat vir fortis & dives, ſed leproſus.* 806

Dei ſagitta nunquam aberrat metâ.

34. *Vir autem tetendit arcum in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſſit regem Iſræl inter pulmonem & ſtomachum.* 608

EX LIB. 1. PARALIPOM.

Miles ſine gladio, oratio ſine jejunio.

XX. 3. *Rex igitur Ioſaphat totum ſe contulit ad rogandum Dominum & prædicavit jejunium univerſo Iuda.* 233

Vivere peregrinari eſt.

XXIX. 15. *Peregrini ſumus coram te, & advenæ, ſicut omnes Patres noſtri.* 541

EX LIB. 2. PARALIP.

Deus dum ſpectat, juvat.

XVI. 9. *Oculi Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.* 725

Paucis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

Cap. Verſ. Paucis conceſſum. Fol.

XXIX. 28. *In ſenectute bonâ, & plenus dierum mortuus eſt.* 267

EX LIBRO TOBIÆ.

Dei memoria, omnis boni cauſa.

I. 13. *Quoniam memor fuit Domini in toto corde ſuo, dedit illi Deus gratiam in conſpectu Salmanaſar regis.* 605

Læta patientia.

II. 13. & 14. *Non eſt contriſtatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis evenerit ei, ſed immobilis in timore Dei permanſit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ ſuæ.* 611

Amat oratio ſeceſſum.

III. 10. & 11. *Perrexit in ſuperius cubiculum domus ſuæ, & tribus noctibus non manducavit, neque bibit, ſed in oratione perſiſtens cum lacrymis deprecabatur Deum.* 583

Principiis obſta.

IV. 6. *Cave, ne aliquando peccato conſentias.* 50[illegible]

Salutare monitum.

7. *Noli avertere faciem tuam ab ullo paupere.* 622

Si deſit pecunia, non deſit affectus.

9. *Quomodo poteris, eſto miſericors.* 622

Et rara medicina, & rarus effectus.

VI. 8. *Cordis ejus particulam ſi ſuper carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum.* 632

Votum bonum conjugum.

VIII. 10. *Et conſeneſcamus ambo pariter ſani.* 6[illegible]0

Oblata caſu flecte ad conſilium.

IX. 6. *Tace & noli turbari ſanus eſt filius noſter, ſatis fidelis eſt vir ille cum quo miſimus eum.* 655

Cantilena parentum amantium filios.

X. 4. & 5. *Heu me! Heu fili mi! omnia ſimul in te uno habentes, te non debuimus dimittere.* 657

Deo gratias tardum, eſt pæne nullum.

XI. 7. *Vbi introieris domum tuam ſtatim adora Dominum tuum, gratias agens ei.* 660

Voce & manu.

XII. 8. *Bona eſt oratio cum jejunio & eleemoſynâ.* 126

Virtus ſine adverſario marcet.

13. *Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit ut tentatio probaret te.* 5

Prodigium pæne inauditum.

XIV. 15. *Omnem hæreditatem domus Raguelis ipſe percepit, viditque quintam generationem.* 673

Illuſtre Elogium.

17. & 18. *Omnis cognatio ejus, & omnis generatio ejus, in bonâ vitâ, & in ſanctâ converſatione permanſit, ut accepti eſſent tam Deo quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terrâ.* 674

Dum mordet, purgat & ſanat.

XV. 14. & 15. *Suſtinuit quaſi dimidiam ferè horam, & cepit albugo ex oculis ejus quaſi membrana ovi egredi, quam apprehendens Tobias traxit ab oculis ejus, ſtatimque viſum recepit.* 659

EX LIBRO IUDITH.

Oratio communis efficaciſſima.

VIII. 31. & 32. *Nihil aliud fiat niſi oratio pro me ad Dominum Deum noſtrum.* 132

EX LIBRO ESTHER.

Mutatio repentina.

VI. 11. *Hoc honore condignus quemcunque rex voluerit honorare.* 44

Meditata in alios flagitia ad ſuam recurrunt originem.

VII. 10. *Suſpenſus eſt itaque Aman in patibulo, quod paraverat Mardochæo.* 587

Fallax Aula.

XVI. 6. *Aures Principum ſimplices ex ſuâ naturâ alios æſtimantes callidâ fraude decipitis.* 516

Cap. Verſ. Fol.

EX LIBRO IOB.

Diaboli poteſtas limitata.

II. 6. *Ecce in manu tuâ eſt, veruntamen animam illius ſerva.* 633

Nihil fit fortuitò.

V. 6. *Nihil in terrâ ſine causâ fit.* 675

Aut pugnandum, aut moriendum.

VII. 1. *Militia eſt vita hominis ſuper terram.* 545

Magna Fiducia.

XIII. 15. *Etiamſi occiderit me, in ipſo ſperabo.* 724

Germanum hominis encomium.

XIV. 2. *Nunquam in eodem ſtatu permanet.* 555

Obtrectatiunculis ſepelitur dolor, ſed non aufertur.

XVI. 2. *Audivi frequenter, conſolatores oneroſi omnes vos eſtis.* 21

Timere neſcit, qui cœlum pro clypeo gerit.

XVII. 3. *Libera me Domine, & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me.* 716

Expenſæ nullæ, cenſus maximi.

XX. 17. *Videbit mitis torrentes mellis & butyri.* 647

Divitiæ purum nihil.

XXVII. 19. *Dives cùm dormierit nihil ſecum auferet, aperiet oculos ſuos, & nihil inveniet.* 12

Uror, & non comburor.

XXVIII. 10. *In omnibus his non peccavit Iob labiis ſuis.* 25

Succedit æſtati hiems.

XXIX. 2. & 3. *Quis mihi tribuat ut ſim juxta menſes priſtinos, ſecundùm dies, quibus Deus cuſtodiebat? Quando ſplendebat lucerna ejus ſuper caput meum, & ad lumen ejus ambulabam in tenebris.* 87

Inter corvos cygnus.

XXX. 19. *Frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum.* 462

Divinum irrevocabile verbum.

XXXIII. 14. *Semel loquitur Deus, & ſecundò idipſum non repetit.* 520

Dei dives armamentaria domus.

XXXVIII 22. & 23. *Nunquid ingreſſus es theſauros nivis, aut theſauros grandinis aſpexiſti? quæ præparavi in tempus hoſtis, & in diem pugnæ belli?* 481

Quod datur, retinet tenaciter.

XL. 13. *Oſſa ejus velut fiſtulæ æris, cartilago ejus quaſi laminæ ferreæ.* 702

EX LIBRO PSALMORUM.

Fervens meditatio.

I. 2. *Et in lege ejus meditabitur die ac nocte.* 120

Urbs cœnoſa.

X. 5. *Inquinatæ ſunt viæ illius omni tempore.* 491

Tentaris? Ora.

XVII. 30. *In te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.* 707

In fugâ quandoque ſalus.

34. *Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum.* 729

Individui comites.

XX. 10. *Vniverſæ viæ Domini miſericordia & veritas.* 714

Attentio firma.

15. *Oculi mei ſemper ad Dominum.* 83

Pulſatur infirmitas, ne ſuperbiret ſanctitas.

XXIX. 7. & 8. *Ego dixi in abundantiâ meâ: non movebor in æternum. Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.* 695

Malis plurimis remedium unicum.

XXXI. 9. *In camo & freno maxillas eorum conſtringe.* 242

Quò vicinius eò melius.

XXXIII. 6. *Accedite ad eum & illuminamini, & facies veſtræ non confundentur.* 102

Cap. Verſ. **Alget virtus, floret vitium.** Fol.

25. *Multæ tribulationes juſtorum.* 9

Curioſa vigilia.

21. *Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, unum ex his non conteretur.* 477

Non omnis qui labitur, conteritur.

XXXVI. 24. *Cùm ceciderit non collidetur, quoniam Dominus ſupponit manum ſuam.* 715

Etiam quandoque ipſa ſurditas medicina.

XXXVII. 14. *Ego autem tanquam ſurdus non audiebam.* 19

Oratio piè fuſa, inflammat ſuaviter.

XXXVIII 4. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione meâ exardeſcit ignis.* 121

Ruunt non fulta Deo.

XLIII. 5. *Non enim in arcu meo ſperabo; & gladius meus non ſalvabit me.* 642

Spiritus triſtis exſiccat oſſa.

XLIV. 6. *Sagittæ tuæ acutæ.* 10

Tribulatis adeſt Deus.

XLIX. 15. *Invoca me in die tribulationis, & eruam te, & glorificabis me.* 32

Gratiſſima nummi victima.

L. 19. *Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpiciet.* 495

In utrumque paratus amor.

LVI. 8. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* 86

Si amas, doles.

LXI. 11. *Divitiæ ſi affluant nolite cor apponere.* 23

Tutè adhæreſcit.

LXX. 3. *Quoniam firmamentum meum & refugium meum es tu.* 57

Tu deducis ad inferos & reducis.

20. *Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas: & converſus vivificaſti me: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.* 675

Dei decreta etiam ſubtiliſſimus nemo penetrat.

LXXII. 16. *Exiſtimabam ut cognoſcerem hoc labor, eſt ante me.* 8

Deſere, & delectaberis.

LXXVI. 4. *Renuit conſolari anima mea, Memor fui Dei, & delectatus ſum.* 92

Aureo principio, finis terreus.

Defecit ſpiritus meus. 555

Turbor, non loquar.

5. *Turbatus ſum, & non ſum locutus.* 654

Tentant plurimi, obtinent pauci.

LXXXIII 8. *Ibunt de virtute in virtutem.* 621

Cunctatio periculoſa.

XCIV. 8. *Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra.* 677

ALIUD.

Præſens Opportunitas in omni re amplectenda.

A plagis ſapimus.

CV. 42. *Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum.* 35

Tutum cambium.

CXI. 9. *Diſperſit dedit pauperibus, juſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.* 148

Perferenda neceſſariò, perfer Hilariter.

CXV. 13. *Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.* 47

Orationis aſſiduitas.

CXVIII. 164. *Septies in die laudem dixi tibi.* 107

Cap. Verſ. ***EX LIB. PROVERB.*** Fol.

Propitium vis Dominum, obſervans eſto famulus.

I. 18.& 19. *Mane conſurgent & non invenient me, eò quòd exoſam habuerint diſciplinam, & timorem Domini non ſuſceperint.* 94

Elemoſyna ditat.

III. 9.& 10. *Honora Dominum de ſubſtantiâ tuâ, & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.* 154

Quantò lentior, tantò ſterilior.

28. *Ne dicas amico tuo vade & revertere, cras dabo tibi cùm ſtatim poſſis dare.* 164

Ut quis bene finiat quotidie incipiat.

IV. 18. *Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit & creſcit uſque ad perfectam diem.* 557

Elemoſynæ fœnus.

XI. 24. *Anima quæ largiter dat pinguefiet, & qui inebriat, ipſe quoque inebriabitur.* 674

Aurora rebus omnibus opportuna.

27. *Bene conſurgit diluculò qui quærit bona.* 131

Spontanea inſania.

XIV. 16. *Sapiens declinat à malo; & timet ſtultus, tranſilit, & confidit.* 470

Dei trutina nunquam errat.

XVI. 11. *Iudicia Domini pondus & ſtatera.* 580

Securum & tutum mutuum.

XIX. 17. *Fœneratur Domino qui miſeretur pauperis, & viciſſitudinem reddet ei.* 145

Impatiens, malum ſuum geminat.

19. *Qui impatiens eſt ſuſtinebit damnum.* 46

Deliciæ & Ebrietas depauperant.

XXI. 17. *Qui diligit epulas in egeſtate erit, qui amat vinum & pinguia, non ditabitur.* 648

Oraculum certiſſimum.

XXII. 9. *Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur.* 162

Dum reficit, interficit.

XXIII. 31. *Ne intuearis vinum, &c. Ingreditur blandè, ſed in noviſſimo mordet ut coluber.* 574

Pacis tempore conſilia belli tractanda.

XXIV. 6. *Quia cum diſpoſitione initur bellum.* 735

Eſto ſuavis animo afflicto.

11. *Erue eos qui ducuntur ad mortem, & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes.* 692

Pigritia ingenioſa.

XXVI. 13. *Dicit piger, leo eſt in viâ, & leæna in itineribus.* 522

Impaſta caro manſueſcit.

20. *Cùm defecerint ligna extinguetur ignis.* 245

Optimum condimentum fames.

XXVII. 7. *Anima ſaturata calcabit favum, & anima eſuriens amarum pro dulci ſumet.* 228

Paſtoris veri officium.

23. *Diligenter agnoſce vultum pecoris tui.* 539

EX LIB. ECCLES.

Cantilena decrepitorum ſenum.

I. 2. *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas.* 657

Mundus abſinthii vallis.

II. 23. *Cuncti dies ſuis doloribus & ærumnis pleni ſunt.* 360

Quales curæ, talia ſomnia.

V. 2. *Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus invenietur ſtultitia.* 551

Adverſa conſtringunt, delitiæ enervant.

VII. 3. *Melius eſt ire ad domum luctus, quàm ad domum convivii.* 31

Cogitationes vagæ, fures ſolatii.

X. 1. *Muſcæ morientes perdunt ſuavitatem unguenti.* 91

Cap. Verſ. **EX LIBRO SAPIENTIÆ.** Fol.

Capitalis mali Mater invidia.

II. 24. *Invidiâ diaboli mors intravit in orbem terrarum.* 497

Optimum veri amici teſtimonium.

VIII. 13. *Non habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam & gaudium.* 464

Antiquum ſed ſemper renaſcens malum.

XIV. 24. *Alius alium per invidiam occidit.* 581

EX LIB. ECCLESIASTICI.

In omnia præmittendus eſt animus.

II. 1. *Fili accedens ad ſervitutem Dei ſta in juſtitiâ & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* 21

Differt, ſed non aufert.

12. *Quis enim invocavit illum, & deſpexit eum?* 118

Elemoſyna & donum & debitum.

IV. 8. *Declina pauperi ſine triſtitiâ aurem tuam, & redde debitum tuum.* 156

Quod differtur, non aufertur.

V. 3. *Vindicans vindicabit, altiſſimus enim patiens eſt redditor.* 590

Qui neſcit ſe læſum non quærit Chirurgum.

4. *Peccavi & quid mihi accidit triſte?* 681

Pacis fabricator.

VI. 5. *Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos.* 645

Tempeſtas docet navigii an firma ſint latera?

7. *Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & non facilè credas ei.* 686

Amor pecuniæ mater fœcunda, ſed mala.

X. 10. *Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam, hic enim & animam ſuam venalem habet.* 709

Si tentationi cauſam des, culpâ non vacas.

XII. 13. *Quis enim miſerebitur incantatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropiant beſtiis.* 736

Si laudas reverere: *nam*

XV. 9. *Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris.* 286

Liberum arbitrium.

17. *Appoſui tibi aquam & ignem ad quod volueris porrige manum tuam.* 564

Non bene junguntur verbum malum & liberale donum.

XVIII. 15. *Fili, in bonis ne des querelam, & in omni dato ne des triſtitiam verbi mali.* 166

Oraturus te præpara.

23. *Ante orationem præpara animam tuam, & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.* 79

Animi dolor, omnis dolor.

XXV. 17. *Omnis plaga triſtitia cordis eſt.* 10

Generale omnium lingua flagellum.

XXVI. 9. *Flagellum linguæ omnibus communicans.* 18

Res bona multis quandoque mala.

XXVII. 1. *Propter inopiam multi delinquunt.* 11

Inconſtans lunaticus.

12. *Stultus ut luna mutatur.* 47

Inimico dones priuſquam ores.

XXVIII. 2. *Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur.* 93

Sanitatis encomium.

XXX. 16. *Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis.* 641

Perpetua & bene olens fama.

XXXI. 11. *Elemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.* 158

Conciliatrix placidi ſomni abſtinentia.

22. *Quam ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.* 229

In malis ſapimus tandem.

XXXIV. 9. *Qui non eſt tentatus quid ſcit?* 32

Cap. Verſ. Si quid des, da de tuo. Fol.

23. & 24. Nam: *Qui offert ſacrificium ex ſubſtantiâ pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.* 176

Multi cibi, Multi morbi.

XXXVII. 32. *In multis enim eſcis erit infirmitas.* 220

Moderata durant, at pauci credunt.

34. *Qui abſtinens eſt, adjiciet vitam.* 220

Crapula Homicida.

Propter crapulam multi obierunt. 648

Auctor Medicinæ Deus.

XXXVIII. 2. & 4. *A Deo eſt enim omnis medela. Altiſſimus creavit de terrâ medicinam, & vir prudens non abhorrebit illam.* 630

EX ISAIA.

Vnum vulnus, integrum corpus.

I. 6. *A plantâ pedis uſque ad verticem non erat in eo ſanitas.* 417

Tentatio veluti ſpuma cauſtica noxarum ſordes eluit.

25. *Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum.* 685

Multi populi, Multa peccata.

IX. 3. *Multiplicaſti gentem & non magnificaſti lætitiam.* 453

Dei oblivio, omnis mali origo.

XVII. 10. *Quia oblita es Dei creatoris tui, & fortis adjutoris tui non eſt recordata: propterea plantabis plantationem infidelem, & germen alienum, obliviſcar filiorum tuorum & ego.* 606

Sapientiam nutrit, & alit ſobrietas.

XXVIII. 9. *Quem docebit ſapientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte avulſos ab uberibus.* 550

Non carpuntur niſi in vere Roſæ.

XXX. 18. *Beati omnes qui exſpectant eum.* 487

Vnicum omnium & vnum Principium.

XLV. 6. *Ego Dominus & non eſt alter, formans lucem & creans tenebras. Ego Dominus faciens hæc omnia.* 675

Prodigium Amoris.

LIII. 26. *Et pro tranſgreſſoribus ſuis oravit.* 397

Vivaciſſimus vermis Conſcientiæ.

LXVI. ult. *Vermis eorum non morituṛ.* 596

EX HIEREMIA.

Deum deſeruiſſe, eſt bonis omnibus excidiſſe.

II. 13. *Duo mala fecit populus meus, me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas.* 658

Lixivium manus, ſed cor non mundat.

22. *Si laveris te Nitro, & multiplicaveris tibi herbam Borith: maculatus es in iniquitate tuâ.* 351

In abundantiâ periclitatur caſtitas.

V. 7. *Saturavi eos, & mœchati ſunt.* 62

Omnia hîc felle lita propter peccatum.

VIII. 14. *Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum nobis dedit aquam fellis; peccavimus enim Domino.* 658

Rarò fortunatè & piè.

XXII. 21. *Locutus ſum ad te in abundantiâ tuâ, dixiſti non audiam.* 518

Vbique Deus.

XXIII. 24. *Si occultabitur vir in abſconditis, & ego non videbo eum, dicit Dominus?* 620

Libido morbus pæne incurabilis.

XXX. 12. *Inſanabilis fractura tua, peſſima plaga tua.* 502

Quæ nocent, docent.

XXXI. 18. *Caſtigati me & eruditus ſum, quaſi invenculus indomitus.* 33

Monetâ pari rependitur flagitium.

L. 15. *Sicut fecit facite ei, quoniam Domini ultio eſt.* 589

Cap. Verſ. Fol.

EX THREN.

Enigma ſacrum.
I. 1. *Quomodo ſedet ſola civitas plena populo.* 571
Peccata, nubes.
III. 44. *Oppoſuiſti nubem tibi ne tranſeat oratio.* 35

EX EZECHIELE.

E calamitate calamitates naſcuntur.
VII. 25. *Conturbatio ſuper conturbationem veniet, & auditus ſuper auditum.* 20
Spongia delens omnia.
XVIII. 24. *Si averterit ſe juſtus à juſtitiâ tuâ & fecerit iniquitatem, omnes juſtitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur.* 526

EX DANIELE.

Admiranda fiducia.
I. 12. 13. *Tenta nos obſecro ſervos tuos diebus decem, & contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio & ſicuti videris facies cum ſervis tuis.* 547
Vera ſpiritus libertas.
III. 2. *Non oportet nos hac de re reſpondere tibi.* 558
Epiſtolium Trium vocularum.
V. 6. *Mane, Tekel, Phares.* 580
Prodigium ingens.
VI. 22. *Deus miſit Angelum ſuum & concluſit ora leonum.* 585
Iuſtum Iudicium.
24. *Tunc jubente rege adducti ſunt viri illi qui accuſaverunt Danielem & in lacum Leonum miſſi ſunt.* 587

EX OSEA.

Tetigiſti [illegible]æres.
IV. 5. *Non dabunt cogitationes ſuas ut revertantur ad Deum ſuum, quia ſpiritus fornicationum in medio eorum.* 624
Labores Mundanorum vani.
VIII. 7. *Culmus ſtans non eſt in eo germen, non faciet farinam, quod etſi fecerit alieni comedent eam.* 471

EX IONA.

Mitior lex gratiæ.
III. 7. *Homines & jumenta, juvenes, ſenes, lactentes & parvuli, pauperes & opulenti, ſoſpites, ægroti non guſtent quidquam nec paſcantur, & aquam non bibent.* 247

EX HABACVC.

Frequens etiam juſtorum querela.
I. 3. *Quare reſpicis contemptores & taces conculcante impio juſtiorem ſe.* 6

EX LIB. 1. MACHAB.

Methodus obtinendæ victoriæ.
VIII. 3. *Poſſederunt omnem locum conſilio ſuo & patientiâ.* 593

EX LIB. 2. MACHAB.

Piſcator ictus ſapit.
IX. 12. *Juſtum eſt ſubditum eſſe Deo, & mortalem non paria Deo ſentire.* 472

EX MATTHÆO.

In fronte ſerenitas, in mente feritas.
II. 8. *Ite, interrogate diligenter de puero, & cùm inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum.* 305
Verum Diaboli nomen.
IV. 3. *Et accedens tentator.* 708
Tentatori occinendum ſemper.
10. *Vade Satana.* 707

Cap. Verſ. Fol.
Diſconveniunt oratio pura & affectio maligna.
V. 24. *Relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo.* 76
Non eruendi tantummodo oculi mali, ſed & abs te projiciendi.
29. *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te erue eum, & projice abs te.* 456
Mitiſſimus omnium Deus.
45. *Solem ſuum oriri facit ſuper juſtos & injuſtos.* 634
Oraturus pauca loquere, ſed multa precare.
VI. 7. *Orantes nolite multum loqui.* 123
Communis & quotidiana omnium oratio.
11. *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie.* 638
Ne ſis miſer ante tempus.
34. *Craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibi ipſi.* 18
Omnibus numeris abſoluta Oratio.
VIII. 2. *Domine ſi vis, potes me mundare.* 96
Tutiſſimum Aſylum.
26. *Domine ſalva nos, perimus.* 114
Semper in exitium trahit Diabolus.
32. *At illi exeuntes abierunt in porcos. Et ecce impetu abiit totus grex per præceps in mare, & mortui ſunt in aquis.* 710
Non umbra gladii, ſed gladius formidandus eſt.
X. 27. 28. *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere; ſed potius timete eum qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam.* 636
Regula ſine ullâ exceptione.
38. *Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus.* 66
Pia vox Iuſti Patientis.
XI. 26. *Ita Pater, quoniam ſic placitum fuit ante te.* 611
Divitibus datur, Pauperibus ſemper aufertur.
XIII. 12. *Qui habet dabitur ei & abundabit. Qui autem non habet & quod habet auferetur ab eo.* 147
Otium, Nundinæ Satanæ.
25. *Cùm dormirent homines venit inimicus homo & ſuperſeminavit zizania.* 71
Oratio ſecretum amat.
XIV. 23. *Dimiſſâ turbâ aſcendit in montem ſolus orare.* 126
Cor omnis malitiæ officina.
XV. 19. *De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ.* 457
Dum teipſum abnegas, jungeris Deo.
XVI. 24. *Qui vult venire poſt me abneget ſemetipſum.* 689
Quæ ſocietas Deo grata?
XVIII. 20. *Vbi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* 301
Templum vera Domus Orationis.
XXI. 13. *Domus mea domus orationis vocabitur.* 128
Omnes fratres ſumus.
XXIII. 8. 9. *Vnus eſt Pater veſter qui in cœlis eſt. Omnes autem vos fratres eſtis.* 155
Rejecta ſæpius divinâ clementiâ tandem ſe ſubducit.
37. *Ieruſalem, Ieruſalem, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.* 475
Triſtitia ſolitudinem colit.
XXVI. 36. *Sedete hic donec vadam illuc & orem, & ipſe avulſus eſt ab eis quantum jactus eſt lapidis.* 334

Ora,

Cap. Verſ. Ora, vigila ut vincas. Fol.
41. *Vigilate & orate ut non intretis in tentationem.* 720

Correptio fraterna.
50. *Amice ad quid veniſti.* 338

Verus Pœnitens.
75. *Egreſſus foras flevit amarè.* 340

Potus amariſſimus.
XXVII. 34. *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum.* 357

EX MARCO.

Quantò major fiducia tantò efficacior Oratio.
V. 28. *Si vel veſtimentum ejus attigero, ſalva ero.* 90

Si credis, impetras.
IX. 23. *Omnia poſſibilia ſunt credenti.* 586

Cum hoſte age timoratè & cautè.
XIV. 44. *Tenete eum & ducite cautè.* 708

EX LVCA.

Inventus Theſaurus opulentiſſimus.
II. 16. *Et venerunt feſtinantes, & invenerunt Mariam & Ioſeph & infantem poſitum in præſepio.* 286

Corpore ſemel, corde ſæpius concepit Deum Virgo.
19. *Maria autem conſervabat omnia verba hæc.* 283

Forma & methodus Miſericordiæ.
VI. 36. *Eſtote miſericordes ſicut & pater veſter miſericors eſt.* 168

Da veniam hoſti; Monetam pauperi.
38. *Eadem quippe menſurâ quâ menſi fueritis remetietur vobis.* 96

Primus Agricola Chriſtus.
VIII. 3. *Exiit qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum.* 122

Chriſtianæ ſalutationis forma.
IX. 4. *Intrantes in domum ſalutate eam dicentes, pax huic domui.* 491

Sollicitudo nimia mentis turbo.
X. 41. *Martha, Martha, turbaris erga plurima, porrò unum eſt neceſſarium.* 75

Perſeverantia tandem triumphat.
XI. 8. *Si ille perſeveraverit pulſans, dico vobis & ſi non dabit illi ſurgens eò quòd amicus eius ſit, propter importunitatem eius ſurget & dabit illi panes quotquot habet neceſſarios.* 91

Monita ne ſperne.
28. *Beati qui audiunt verbum Dei & cuſtodiunt illud.* 466

Alter Baptiſmus.
41. *Date elemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.* 199

Demum omnia ad ſolem.
XII. 2. *Nihil opertum quod non reveletur, neque abſconditum quod non ſciatur.* 532

Prandium regale divitibus inuſitatum.
XIV. 12. 13. 14. *Cùm facis prandium aut cœnam noli vocare amicos tuos, &c. Sed cùm facis convivium voca pauperes, debiles, claudos, &c. & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrection iuſtorum* 172 173

Civile trahendi genus.
23. *Compelle intrare.* 111

Quem ſaturitas expulit fames revocat, æqua commutatio.
XVI. 25. *Fili, recordare quia recepiſti bona in vitâ tuâ, Lazarus ſimiliter mala, nunc autem hic conſolatur, tu verò cruciaris.* 611

Eadem vita, eadem pœna.
XVII. 27. *Edebant & bibebant, uxores ducebant, & dabantur ad nuptias uſque in diem, quâ intravit Noe in arcam & venit diluvium & perdidit omnes.* 458

Tandem ſimul erumpit Amor.
XXII. 15. *Deſiderio deſideravi hoc Paſcha manducare vobiſcum.* 111

Intemperatum vitium ambitio.
24. *Facta eſt contentio inter eos, quis eorum videretur eſſe major.* 705

Cap. Verſ. Malleus aurum, Tentatio virum probat. Fol.
31. *Ecce Satanas expetivit vos ut cribraret ſicut triticum.* 6

Victima voluntaria.
42. *Non mea, ſed tua voluntas fiat.* 612

Veſtis ſanguinea.
44. *Et factus eſt ſudor ejus ſicut guttæ ſanguinis decurrentis in terram.* 336

Innocentis oppreſſio, amoris redintegratio.
XXIII. 12. *Et facti ſunt amici Herodes & Pilatus ex ipſa die. Nam antea inimici erant ad invicem.* 341

Vindicta licita.
34. *Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt.* 95

Suam quiſque fabricat crucem.
41. *Nos quidem juſtè, nam digna factis recipimus.* 24

Citatiſſimus & velociſſimus evolatus.
43. *Hodie mecum eris in Paradiſo.* 402

EX IOANNE.

Chriſti dapes.
IV. 34. *Meus cibus eſt ut faciam voluntatem ejus, qui miſit me, ut perficiam opus ejus.* 29

Relapſus Lapſu gravior.
V. 14. *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* 677

Victoria ſui quomodo obtineatur.
XII. 25. *Qui amat animam ſuam perdet eam. Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.* 309

Vitem non dedecorat Olitoris falcula.
XV. 2. *Omnem palmitem qui fert fructum, purgabit eum ut fructum plus afferat.* 686

Solamen miſeris, ſocios habere pœnarum.
20. *Si me perſecuti ſint & vos perſequentur.* 27

Si ſpectet impietas, grande ludibrium; ſi pietas, grande myſterium.
XVI. 17. *Qui bajulans ſibi crucem exivit in eum qui dicitur Calvariæ locum.* 352

Virginea charta Chriſti.
23. *Amen, Amen dico vobis ſi quid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.* 70

Hæc pendet ſub judice lis.
XVIII. 38. *Quid eſt veritas.* 799

EX ACTIBVS APOST.

Prima dignitas.
V. 41. *Ibant Apoſtoli gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine IESV contumeliam pati.* 685

Via ferè unica & rectiſſima ad Deum.
XIV. 21. *Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei.* 356

Suave jugum Eccleſiæ.
XV. 28. *Viſum eſt Spiritui S. & nobis nihil ultra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria, ut abſtineatis vos ab immolatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato & fornicatione.* 547

Iejunium ubique vapulat.
XXVIII. 22. *De ſectâ hac notum eſt nobis, quia ubique ei contradicitur.* 260

EX EPIST. S. PAVLI ad Romanos.

Labes originalis, æqua afflictionis cauſa.
V. 12. *Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors.* 5

Sontium & Inſontium ſubinde par ſupplicium.
IX. 15. 16. *Miſerebor cujus miſereor, & miſericordiam præſtabo cujus miſerebor. Igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei.* 522

Cap. Verſ. Fol.

Libidinari, eſt velle mori.
VIII. 13. *Si ſecundùm carnem vixeritis, moriemini.* 463
E morte vita.
eod. *Si ſpiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* 219
Amat quandoque Deus, iratus odit propitius.
28. *Quid oremus ſicut oportet neſcimus.* 109
Ars Artium.
XII. 21. *Nolle vinci à malo, ſed vincere in bono malum.* 646

EX EPIST. 1. AD COR.

Honeſta fuga.
VI. 18. *Fugite fornicationem.* 503
Omnia in mundo glabra & lubrica.
X. 12. *Itaque qui exiſtimat ſe ſtare, videat ne cadat.* 695
Comedite quæ apponuntur vobis.
25. *Omne quod in macello venit manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam.* 547
Non omnia poſſumus omnes.
XII. 4.5.6 *Diviſiones gratiarum ſunt, diviſiones miniſtrationum ſunt, diviſiones operationum ſunt.* 652
Charitatis veræ ſymbola.
XIII. 4. *Charitas patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert. Omnia ſuſtinet, Charitas nunquam excidit.* 309
Vocula una, volumen in S. Script.
XIV. 2. *Spiritus loquitur myſteria.* 793
Ordo in rebus gerendis exornat.
40. *Omnia honeſtè & ſecundùm ordinem fiant.* 641

EX EPIST. 2. AD COR.

Iuſtorum panis quotidianus.
VI. 4. *In multis tribulationibus, in laboribus, in patientia multâ.* 493
Et munificâ manu, & hilari vultu.
IX. 7. *Hilarem datorem diligit Deus.* 173
In plagis ſanitas.
XII. 10. *Cùm infirmor tunc potens ſum.* 9

EX EPIST. AD GALAT.

Roganti improbè, nega ſtrenuè.
V. 1. *State, & nolite iugo ſervitutis contineri.* 559

EX EPIST. AD EPHES.

Ebrius ſæpius & caſtus, tamen niger cygnus.
18. *Nolite inebriari vino in quo eſt luxuria.* 649

EX EPIST. AD PHIL.

Omnia à Deo.
II. 13. *Deus eſt qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate.* 643
Quotidianum Dei tributum, *Deo gratias.*
IV. 6. *In omni oratione & obſecratione petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum.* 94
Aliud eſt non velle, aliud non poſſe.
13. *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* 23

EX EPIST. AD COLOSS.

Sic refice, ut ſerviat.
III. 5. *Mortificemus membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram.* 550
Sic ſuffulta ſuccreſcunt.
17. *Omne quodcunque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini* IESV CHRISTI *facite, gratias agentes Deo & Patri per ipſum.* 495

Cap. Verſ. Fol.

EX EPIST. 2. AD TIM.

Poſt flagella ſceptrum.
II. 11. *Si commortui ſumus & convivemus, ſi ſuſtinebimus & conregnabimus.* 676

EX EPIST. AD HEBR.

Quos eadem preſſit ſors facilius commiſereſcunt.
II. 17. *Vnde debuit per omnia aſſimiliari fratribus, ut miſericors fieret, & fidelis pontifex ad Deum.* 27 &
Sapientiam inſtillat afflictio. 28
V. 8. *Et quidem cùm eſſet filius Dei didicit ex iis quæ paſſus eſt obedientiam.* 692
Fatale decretum.
IX. 17. *Statutum eſt hominibus ſemel mori.* 481

EX EPIST. S. IACOBI.

Pungit & ungit Deus.
I. 12. *Beatus vir qui ſuffert tentationem, quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam vitæ.* 5
Victima placans Deum.
27. *Pupillos & viduas in tribulatione eorum viſitare.* 204
Mellea verba, ſed infœcunda.
II. 15. *Si frater aut ſoror nudi ſunt & indigeant victu quotidiano, dicit autem aliquis ex vobis ite in pace, calefacimini & ſaturamini, non dederitis autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit?* 172
Lingua, pons verſatilis.
III. 10. *Ex ipſo ore procedit benedictio & maledictio.* 471
Vbi invidia, ibi omne malum.
16. *Vbi Zelus, & contentio ibi inconſtantia, & omne opus pravum.* 582
Sciviſſe & non feciſſe mergit navim.
IV. 17. *Scienti igitur bonum & non facienti peccatum eſt illi.* 578

EX EPIST. 1. PETRI.

Vigiles cum vigili luctemur.
V. 8. *Sobrii eſtote & vigilate, quia adverſarius veſter Diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærens quem devoret.* 682
Nemo læditur niſi à ſeipſo.
III. 13. *Et quis eſt qui nobis noceat ſi boni æmulatores fuerimus.* 43

EX EPIST. 1. IOANNIS.

Verum propitiatorium IESVS.
II. 2. *Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris.* 280
Extremæ quorundam obſervandæ ungulæ.
IV. 1. *Chariſſimi, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritus ſi ex Deo ſint.* 701

EX APOCALYPSI.

Infinitæ Angelorum Myriades.
IV. 4. *Millia millium, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei.* 594 &
Poſt luctam Poſſeſſio. 595
XXI. 7. *Qui vicerit poſſidebit hæc.* 473
Priuſquam intres, execute à calceis cœnum.
11. *Non intrabit in eam aliquid coinquinatum.* 491
Lex malæ ſocietatis initæ.
XXII. 11. *Qui nocet noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.* 491

IN-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN